Epistole Angeli Anachorite Vallisumbrose.

Julio Secundo Pont. Max.
Francorum Regi.
Bernardino: tūc Cardinali sancte Crucis.



Pro xp̄iana unitate seruanda.






ℭEpistola Angeli Anachoritæ Vallisumbrosæ ad Iulium. II. Pont. Max.

ANgelus peccator Anachorita Vallisumbrosæ Beatissimo Papæ IVLIO perpetuam salutem. Etsi omni cura: officio: ac diligentia: quantum in me fuit/ procurauerim diue IVLI harum omniũ Epistolarum exemplaria/ tota fidelitate deferri. Quoniam tamen/ non proprio Tabellario (: qui nobis in his nebulosis alpibus nulli sunt) sed potius incerto tradita cognoscimus. Ita/ ut non bene mihi conscius sim/ illa ad te/ atq; ad cæteros: quibus inscriptæ sunt/ fideliter peruenisse. Non indecẽs iudicaui/ pro animi mei quiete/ ac deuotorum tuorũ satisfactione: illa uenali Bibliopolæ consignare: ut sua dilucidatione: si non Prælatorũ/ saltem amicorũ uestrorũ solicitudine: ad te: ac omnes reliquos cõmode perueniant. Quã obrem Catholicum quenq̃ oro/ obsecro/ atq; obtestor/ cum hæc ad eius manus sic impræssa conuenerint/ curet q̃ primũ illa ad te/ ad omnesq; alios: quibus dicata sunt: omni celeritate conuehi/ & conferri. Munus orationum mearum habituri pro præcio operis/ & laboris sui: Vale.

Ex æremo Vallisumbrosæ.



Epistola Angeli Anachoritæ Vallisumbrosæ Bernardino Caruagal/tunc Cardinali sanctæ Crucis.



Ngelus peccator Anachorita Vallisumbrosæ Bernardino Caruagal Emẽdationem. Cum una demũ fuerit archa Noe: extra quam nemo saluatus est. Sitq; Petri nauicula unica: unaq; catholica Ecclesia: Salomone in Canticis canticoꝝ referente. Vna est colũba mea: unaq; sp̃osa mea: una insuper sit Christi domus: de qua dictũ est. Beati qui habitãt in domo tua domine. Cuius regimen: habenas: clauesq; Romanus Pontifex cœlesti quodã iure tenet: possidet: atq; moderatur. Cuius pacem: quietem: ac tranquillitatem inuoluens: perturbansq;: nõ Cardinalis: non Christianus: sed Antichristus uocari debeat: Cum deum nec xp̃m habeat patrem: qui Romanũ Pontificem: suamq; ecclesiam nõ habet matrẽ. Scire a te summopere exopto quo spiritu: qua audacia: quaue temeritatẽ sacrificas: ac Xp̃i corpus conficis: cum Scismaticos minime deceat munera: nec sacrificia ullo instinctu offerre: Ozea suo oraculo referente. Sacrificia eoꝝ tanq̃ panis luctus: & omnes qui manducant ea contaminabuntur. Et in libro Exodi describatur. Non comedetis agni hostiam/nisi in una domo: neq; comedetis de carnibus eius foris. Tu enim agni carnes foris comedis: qui extra archam Noe: extra nauiculam Petri: extra domũ dei: extra unitatem Romanæ ecclesiæ: in scismate constitutus: deo (imo diabolo) missam facis. Ex Angelo enĩ idest ex uenerabili ecclesiæ mẽbro: Te Cherintum: te Ebionem: te Arrium: te Iudam: teq; Luciferũ effectum esse nõ dubites. Quos si in scælere: si in errore: si in scismate sequtus es: eos saltem in pertinacia nõ subsequaris. Redi ad cor tuũ. Redde te ipsum tibi. Redde nobis conciuẽ nostrum. Redde confratrem nostrũ. Redde nobis doctorẽ nostrum. Redde Ro. Ecclesiæ tam uenerabile mẽbrum suum.

Præsto est enī ut tibi indulgeat (pro te iā supplicauimus) ut te admittat: ut te amplectat: ut te ad obscula recipiat. Errauit namq; & Petrus: ne te in errorem lapsum: de salutis spe deicc ret: sed sua imitatione tuū scelus: tuā erga Ro. eccl'iam ingra titudinē uberibus lacrymis baptizares. Totum xp̄ianæ diui sionis pondus. Totum onus scismatis. Omne peruersum do gma Cōuenticuli Pisani: tibi opponitur: tibi datur: tibi asseri bitur. A deo insuper in tremendo Iudicio tibi exprobrabit: ꝙ tunicam dilecti filii sui inconsutilem: quam nec Iudei: nec Principes sacerdotum: nec eius crucifixores scindere uolue runt. Tu eam ne dum scindere: sed lacerare: ac penitus discer pere pertinaciter coneris. Et quoniam in manibus tuis esse dinoscitur: Eam tibi: quantis possum præcibus: quantisq; la crymis ualeo: gratā atq; cōmendatam summope facio. Dixi.

Ex æremo Vallisumbrosæ Noñ. Octobris. M.D.XI.

Epistola Regi Francoꝝ.

ANgelus peccator Anachorita Vallisumbrosæ Lodoui co Francoꝝ Regi inclito: Reuerentiā Romanæ eccle siæ exhibēdam dicit. Ne unq̄ mihi in confusionem: in contu meliam ac in obprobrium a quoq̄ dari possit Rex Lodouice ꝙ tibi: cæterisq; omnibus: congregationis xp̄ianæ unitatem scindere cupientibus: me murum non opposuerim: pro do mo domini. Statueram mecum: longiorem Epistolam (iam conceptam) ad te facere: Sed dum mente reuolui mea: cautū esse in lege / Simili: Codice de præcibus Imperatori exhibē dis: ne Regibus diffusa uerba proferamus. Multis: quæ scrip seram resecatis: hoc demū tibi: q̄ breuiter denuntiasse uolui. Illustrissimū uidelicet Principem prædecessoremq; tuū Ca rolum: Eum: cui ob ægregia facinora: & in rempublicā chri stianā singularia beneficia cognomento Magnus / fuit in Vr be: post pedum Hadriani Pontificis obscula beatæ me: In basi lica Principis Apostoloꝝ: super altare: in quo Petri & Pauli

atissimi cineres confident:& requiescũt: iu reiurando perpetuam pro se ac suis successoribus:cum Romano Pontifice iuxisse amicitiam:fœdusq; æternũ:unitatem:ac pacem perpetuam confecisse.Obedientiam insuper Romanæ ecclesiæ cum amicitia:& pace seruaturum se: suosq; successores: cunctumq; inclitum Francorum regnum indelebili iuramento in perpetuũ religiosissime constrinxisse. Mortuo postmodũ Hadriano: suffectoq; in eius locum Leone.iii. cũ ab iniquis quibusdam: Carolo tunc Romanorũ Imperatori (falso Pontifex accusatus esset) uelletq; in Synodo in Petri templo per eum congregata:de eius uita:ac moribus iudicium ac sententiam consumare:Continuo ab omnibus uno animo:uno impetu:una uoce: a totoq; concilio incessanter proclamatũ est. Romanũ pontificem:dei locum in terris gerentem:sedemq; aplicam:omniũ ecclesiarũ caput:a nemine(præsertim laico) ullo modo:ullaq; autoritate iudicari posse. Quod diuinũ responsum a Carolo degustatum:tanq̃ oraculum: a cœlo sibi factum:a cõceptis abstinuisse:ad suaq;: & laicorum negotia:se magna omniũ cõmendatione penitus contulisse. Quãdã aũt tu in præsentia:ne dum tanti Principis iuramenta transcendas: sed qđ deterius est:Ro.pontificis uitam & mores perscrutari coneris.Cauendum sũmopere tibi est a turbida aplorũ Petri & Pauli indignatione. Insup ab ira dei:ne in te multipliciter insæuiat.Scire enĩ te oportet Ro. Pontificem cũ nullis subiaceat legibus:nõ debere etiã tuis iudiciis:tuisq; perscrutationibus subiacere:Cum habeat te:cæterosq; Reges: & honestare & corripere:& regno:si placet:exautorare. Vt late constat in Canone.xv.q.vi.Qua in parte Zachariam Episcopum Lateraneñ. Regno denudasse describitur Ludouicũ illum inutilẽ Francorũ Regem : ac ei coronã & ptãtem regiam ademisse: atq; ad domesticã & priuatã uitã reddidisse.Et alibi.Innocentiũ.iii.deposuisse imperio Ottonem.Et Innocentiũ.iiii.Fedricũ.Diebus præterea nr̃is pari lege/Innocentiũ.viii. Ferdinandũ Siciliæ citra pharũ:eiusq; oræ Italiæ:quæ quondam

magna Græcia uocabatur/Regem/apostolica autoritate posuisse conspeximus. Quamobrem tibi: officii: & debiti esse denuntio: te: in re: & causa hmoi talem exhibere: ne x. nissimi Regis cognomen: quo nil charius: nil iucundius: nil præciosius a maioribus tuis iudicatum est: aliqua tua impietate: aliqua curiositate: aliquaq; ambitione deturpes: perdas: iactes: atq; aboleas. Dixi.

Ex æremo Vallisumbrosæ Sexto Idus Octob. M.D.XI.

Epistola Iulio. II. Pont. Max.

ANgelus peccator Anachorita Vallisumbrosæ Beatissimo Papæ IVLIO perpetuam Salutem. Tibi in altitudine maris: in tantis rerũ perturbationibus: in tantisq; tẽpestatibus constituto: aliquid solaminis: spei: & solatii: his meis Pater Beatissime contulisse uolui. Rem uidelicet xpianam breui fœlici fine potituram: Quoniã mens: & eorũ cornua: qui impetebant illam: attrita: & cõminuta: cœlesti oraculo quodammodo perpendimus. Scito (uelim) me ipsa nocte: qua eam Ludouico Francorũ Regi feci Epistolam (prius enim Bernardino Cardinali sanctæ Crucis cõsimilem feceram): mihi per somnũ uisum est uidere: maximũ quendam canem (quotiã sic scripseram) me inuadentem: ut morsibus totum discerperet. Quem prospiciẽs: retraxi cõtinuo pedem. Postmodum resumpto uirili animo: me illi obuiam cõtuli. Quẽ (ut uoluit me cõpræhẽdere) cœpi in capite: & tã diu eius cõpressi fauces: q; dentes eius confregi cunctos. Quod cum uidisset sacerdos quidam: qui canem diligere uidebatur: in me q̃primũ irruit ut cederet. Quo uiso: steti. Dum au[illegible] m me aggreditur: eũ fortiter impuli: meoq; impulsu prostr[illegible]ui. Strato taliter: me conuiciis afficiebat maximis: quibus commotus: cõ præhenso eius capite: illius truncaui linguã. Sicq; gaudio magno affectus sum. Canem illum maximũ Pater sancte Francorũ Regẽ interpræta tus sum. Dentes eius confractos: eius

tentiam: seu nocendi uoluntatem: nostris orationibus: no ꝗ scriptis diminutam seu diminuendam. Sacerdoti illi: unguam cæsam: Bernardinum Cardinalem sanctæ Crucis: aut se emendaturum credimus: & in omnibus sanctæ Romanæ ecclesiæ præceptis pariturũ: nec ultra in te: in unitatemq́ næ cõgregationis: & tuam sedem latraturũ: aut e uita migraturum: aut honorem & autoritatem perditurum. Quam obrem te: ne cedere malis cõmonco: sed cõtra audẽtior ire. Quoniam Petri cimba: quæ (etsi tempestates quãdoq́ passa est) sicut nunq̃ submersa est: Sic: nec te duce: ac gubernatore: quidem optimo: ullis uentorũ turbinibus suffocabit̃: Vale. Ex æremo Vallisumbrosæ. xi. kal. Nouemb. M. D. XI.

Epistola Angeli Anachoritæ Iulio. II. Pont. Max.

ANgelus peccator Anachorita Vallisumbrosæ Beatissimo Papæ IVLIO perpetuam Salutẽ. Audio Pater sancte doctores quosdam Papieñ. aliosq́ q̃plures: tam latinos q̃ barbaros in præcipitiũ tuũ: in discrimenq́: & desolationẽ puritatis nostræ unionis xp̃ianæ: In munimen insup: & robur Conciliabuli Pisani: multa esse cõmentatos. Crediderim eorum exemplaria: ad te imprimis deuenisse. Te itaq́ quantis possum præcibus: rogatũ facio: cures illa ad me deferri. Quoniam si ad nostram conuenient solitudinem: (mihi crede) a nostra censoria uirgula: a meoq́ mordaci: utpote: rusticano atq́ alpestri calamo: ab ardenti etiam meo: in sanctã Sedem apostolicam: & xp̃ianam fidem: graphio: nõ recessura: quin peniteat eorũ autores ab infantia litteras imbibisse. O prophanũ facinus. O scelus horrendũ. Debebant hmõi nõ ignorasse tuãgc icũ patremfamilias: Deum. s. optimũ maximũq́ Vineam sabaoth: domũq́ Israhel Romanã uidelicet atq́ catholicam Ecclesiam incustoditam: & absq́ aliquo uigili: atq́ mordaci cane unq̃ reliquisse. Quos & procreat: & relaxat: & ĩmittit: pro loco: pro causa: pro necessitatibus: ac pro ipsorũ

tempoꝝ opotunitate. Et si nõ ueriti sunt urbanos: tanq̃ ui
les: formidasse saltẽ debuissent montanos: atq; alpestres
diuo: perpetuo degentes: atq; coelum ipsum semper contem
plantes. Quoniam in omnes latrant: omnes mordent: tran
gressorem quenq̃ lacerant: & contundunt: cum nullũ agnos
cant: nemini: neq; Duci: nec Regi: nec Cardinali: nec I
ratori quidem ipso: pareunt. Quũ unũ demũ profiteant deũ
in coelis: Vnam sanctã matrem Romanã atq; catholicam ec
clesiã cognoscunt in terris: pro qua parati: & prompti sunt in
ignem: in ferrum atq; in mortem ire. Si prophani hmõi talia
essent contemplati: tam impium: tam nephandũ: tam q̃ cru
dele scribendi onus instantibus regibus: ulla spe: ullis praeci
bus: ulloq; praemio: tam audacter assumpsissent. Pro quibus
ad coelum: nihilominus supplico ad saniorem intellectũ eo
rum ingenia cõmoueri. Nollem tamẽ Pater sancte post poe
nitentiam (& quidem grauem) a me illis inditam: a te tuaq;
sancta Sede: (cum nemo debeat duplici poena conteri):
Nec deus bis iudicet in idipsum in posterũ eos alia poena as
fligi: quoniam (ut spero) eos tanta afficiam: quãta ab acerbo
quoq̃ Iudice: flagitioso omni: pro turpissimo quoq̃ scelere:
proq; nefando crimine laesae maiestatis ullo tẽpore ingesta
impraessaq; atq; inflicta fuerit: Vale.

Ex aeremo Vallisumbrosae. viii. kal. Nouemb. M.D.XI.